Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Dominus uobiscum. Et cum. Sursum corda. Ha.
Gracias agamus domino deo nostro. Dignum et.
Vere dignum et iustum est equum et saluta
re. Nos tibi semper et ubique gracias agere
domine sancte pater omnipotens eterne deus.
Per xpm dominum nostrum. Per quem maiesta
tem tuam laudant angeli. Adorant dominati
ones. Tremunt potestates. Celi celorumque uirtu
tes ac beata seraphim socia exultacione concele
brant. Cum quibus et nostras uoces ut admitti
iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes.
Sanctus. Sanctus. Sanctus. dominus deus
sabaoth pleni sunt celi et terra gloria tua. osan
na in excelsis. Benedictus qui uenit in nomine
domini. Osanna in excelsis.

Suscipe sancta trinitas hanc oblacionem panis quam ego indignus
famulus tuus pro salute et remissione peccatorum meorum et omnium fidelium
tam uiuorum quam mortuorum offero et precor ut placens et accepta fiat.
Sancti fica quesumus domine hanc oblationem panis | fiat.
et precor ut nobis unigeniti tui corpus fiat.
In nomine patris et filii et spiritus sancti.
Offerimus tibi domine calicem salutaris tuam deprecantes clementiam ut
in conspectu diuine maiestatis tue et pro nostra et pro totius mundi salute cum
odore suauitatis ascendat.
Sancti fica quesumus domine hunc calicem uini et precor: ut nobis unigeniti tui
sanguis fiat.

+ In nomine p. et f. et s.

+ A